



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

S

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- Reliquiae SS. de licentia Episc. Prou. 4.
 48 In priuatis adibus, aut apud laicos ne habeantur. *ibid.*
 49 Neque tangantur à laicis, neque per eos tractentur. *ibid.*

Repraesentationes sacrae.

- 1 Prohibentur fieri in Ecclesijs. DD. apud Barbof. *alleg. 24. num. 25.*
 2 Passio Saluatoris nullibi agatur. Pro. 1.
 3 Neque Sanctorum martyria, actiones ve, nisi de licentia Episcopi. *ibid.*

Residentia.

Vide supra: *Canonicorum Residentia, & Parochorum residentia.*

- 1 Ad residentiam cogi possunt ab Episcopo superiores Ecclesiarum Collegiarum, licet habeant iurisdictionem in canonicos. decisum refert Gatz. *par. 3. cap. 2. num. 181.*
 2 Sine consensu Ordinarij nulla valet dispensatio Apostolica non residendi, etiam ratione studij. Pius IV. An. 1564.
 3 Non residentium vltimae voluntates annullantur, quacumque auctoritate suffulta. Idem *ibid.*
 4 Aliae poenae non residentium habentur apud Sylu. *Residentia. quest. 5.*
 5 Potest Episcopus applicare fructus non residentium fabricae Ecclesiae Parochialis, etiam si non indigeat, quae potest in dies indigere. decisum refert Gatz. *par. 3. cap. 2. num. 31.*

ADDITIO.

- 1 Tenetur Episcopus residere, licet habeat coadiutorem. *Cong. Episc. 7. Sept. 1619.*

Restitutio incertorum.

- 1 Potest Episcopus praecipere confessorijs, ne absque consilio suo restitutores absoluant, aut distribuant. *Nauarr. in Man. cap. 17. num. 92.*
 2 Est facienda pauperibus, non pauperioribus, vel melioribus, nisi de consilio. idem *ibid. num. 95.*

- 3 Non tamen potest Episcopus referuare sibi absolute restitutionem incertorum. *Cong. Episc. 14. Iunij 1619. V. V. sira. num. 20.*

Sacramenta.

- 1 In ministrandis Sacramētis adhibetur superpellicium cum stola. Pro. 1.
 2 Laici, qui recipiunt Sacramenta, deponant arma. Prou. 3.
 3 Et ij item, qui sunt compadres in baptismo, & confirmatio. *ibid.*
 4 Pro Sacramentorum administratione, nihil potest accipi hoc titulo, etiam à sponte dantibus. Quod offertur sponte pro Eleemosyna, accipi potest. *Congreg. Conc. 1. Febr. 1593. V. Interdictum. num. 21. 28. & seqq. Regularium iura sub Episcopis. num. 22. Simonia. num. 12. 13. V. sira. num. 13.*

Sal.

- 1 Sal externum in terris Ecclesiae mediate, vel immediate, subiectis non potest emi. *Gregor. XIII. apud Nald. Emptio num. 17.*

Scriptura Sacra.

- 1 Sacrorum librorum editio vulgata in publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus, & expositionibus authentica habeatur. *Trid. sess. 4.*
 2 Puniantur ab Ordinarij, qui sacra Scripturam ad suos sensus contorquent, contra sensum S. Matris Ecclesiae, & vnanimen Patrum consensum. Idem *ib.*
 3 Ne eiusdem verba vsurpentur ad irreuerentiam, & contemptum, ad scurrilia, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, incatationes, diuinationes, sortes, libellos famosos, sub poenis iuris, & arbitrij Episcoporum. Idem *ibid.*
 4 Biblia vulgari lingua edita non possunt legi, neque retineri, neque Episcopi, neque Inquisitores, neque Regularium superiores dare queunt licentiam *Clemen. VIII. in Indice lib. prohib.*
 5 Compendia historica Bibliorū, seu librorum sacrae Scripturae, vulgari idiomate scripta, eodem modo prohibentur. Idem *ibid.*

- 6 Versiones noui Testamenti ab auctoribus primæ classis Indici facta; nemini concedantur. Idem *ibid. reg. 3.*
- 7 Deputati ad interpretationem sacrarum litterarum compellantur ab Ordinarijs, vt id præstent. Trident. *sess. 5. cap. 1.*
- 8 In monasterijs Regularium lectio sacrarum Scripturarum procuratur ab Episcopo, si negligant superiores. *ibid.*
- 9 Idem fiat in Gymnasijs publicis. *ibid.*
- 10 Approbata prædicti ab Episcopo de moribus, & scientia, exceptis regularibus. *ibid.*
V. Regularium iura sub Episcopis. num. 31.
Theologalis Præbenda. num. 13.
- Seminarium clericorum.*
- 1 Singulae Cathedralis tenentur institueri certum numerum puerorum in loco conuenienti eligendo ab Episcopo Trident. *sess. 23. cap. 18.*
- 2 Recipiantur ii, qui ad minimum 12. annos, & ex legitimo matrimonio nati sint, ac legere, & scribere nouerint quorumque indoles, & voluntas spem afferat, eos perpetuo Ecclesiae seruituros. *ibid.*
- 3 Pauperum filii præcipue eligantur conditiones alantur sumptibus suis. *ibid.*
- 4 Tonsura statim, & habitu clericali utantur. *ibid.*
- 5 Missæ quotidie intersint. *ibid.*
- 6 Singulis mensibus peccata confiteantur, & iudicio confessorii communionem sumant ibidem.
- 7 Cathedralis, & alijs Ecclesijs loci diebus festis inseruiant. *ibid.*
- 8 Doceantur ea, quæ videntur Episcopo expedire. *ibid.*
- 9 Grammaticam, cantum, computum ecclesiasticum, aliarumque artium disciplinam; sacram Scripturam, opportunaque ad Sacramentorum administrationem rituum, & ceremoniarum formas. *ibid.*
- 10 Catechismus Romanus perpetuo prælegatur. Prou. 5.
- 11 De historia ecclesiastica, & sacris ritibus, certis diebus instruantur. *ibid.*
- 12 Duorum Canonicorum adhibito consilio seniorum, quos Episcopus elegerit hæc, & alia constituentur. Trid. *loco cit.*
- 13 Leges præscriptæ singulis mensibus coram omnibus legantur. Prouinc. 2.
- 14 Sapius visitentur. Trident. *loco cit.*
- 15 Tertio quoque mense saltem, si potest commode, visitet Episcopus, & inquirat tum de magistris, tum de alumnis. Prou. 2.
- 16 Duo Canonici electi debent esse perpetui, neque possint mutari sine iusta causa, decisum refert Barbof. *alleg. 77. n. 31.*
- 17 In Diocesi ampla Seminarium plura haberi possunt, quæ tamen à primario ciuitatis pendeant, Trident. *loco citato.*
- 18 Quæcumque oriatur difficultas ob institutionem, seu conseruationem Seminarium decernere potest Episcopus cum prædictis deputatis, vel Synodus. Prou. *ibid.*
- 19 Cogi possunt ad docendum in Seminario ii, qui scholasterias obtinentes munus habent annexum lectionis, & doctrinæ, vel per se, vel per substitutos. *ib.*
- 20 Si minus digni sint, alios nominent si neglexerint, deputet Episcopus. *ibid.*
- 21 Eligentur enim substituti à scholasticis, sed ab Ordinario erunt approbati. *ibid.*
- 22 Legata, vt condicantur Grammaticis, qui pauperes instruant pueros, applicari possunt Seminario. decisum refert *prax. Episcop. V. Seminarium.*
- 23 Redditiu necessarii sumi debent ab Episcopo cum consilio duorum de Capitulo, quorum alterum Episcopus, alterum eligat Capitulum; itemque aliorum duorum de Clero ciuitatis, quorum alter ab Episcopo, alter à Clero eligi debet, ex fructibus beneficiorum, de quibus fuit Trident. *loco citato.*
- 24 Episcopus debet primùm de sua, & Capituli mensa contribuere, & postea alios cogere. decisum refert *prax. Ep. V. Seminarium;* & Barbof. *loco cit. num. 2.*
- 25 Cardinales debent contribuere de fructibus beneficiorum in Diocesi ubi est Seminarium. decisum refert Barbof. *ibid. num. 5.*
- 26 Clerici Camerae Apostolicæ non tenentur contribuere. Congt. Episc. 12. *May 1604.*
- 27 Canonici non tenentur contribuere de distributionibus quotidianis. decisum referunt Moneta, & alij apud Barbof. *ibid. num. 13.*
- 28 Hospitalia data in titulū, vel administrationem, si habent beneficia annexa, vel redditus Ecclesiasticos, tenentur contribuere.

- tribuere. decifum refert praxis Episcopalis *V. Hospital e vers. 10. dub.*
- 29 Hospitalia merè laicalia non tenentur. DD. cum Barbof. loco cit. num. 8.
- 30 Monasteria Mendicantium non tenentur. Trid. loco cit. cap. 18.
- 31 Nimirum Dominicani, Franciscani, Eremitæ S. Augustini, Carmelitæ, Seruita, Societas Iesu, S. Francisci de Paula, Iesuati, Carmelitæ Discalceati. Barbof. loco citato num. 14.
- 32 Equites Sancti Ioannis Hierosolymitani sunt immunes à contributione Seminarii. Gregor. XIII. Anno 1580.
- 33 Confraternitates, si habent redditus Ecclesiasticos, tenentur contribuere, etiam si existant intra Ecclesias Regularium. decifum refert Barb. loco cit. n. 10.
- 34 Pensionarii tenentur pro rata pensionis. Garz. par. 1. cap. 5. num. 171. Monet. de Decimis cap. 9. a num. 83.
- 35 Siue Seminarium sit erectum ante reservationem Pensionum, siue post decifum refert. Garz. in addit. d. n. 171.
- 36 Non sunt magis grauada beneficia simplicia, quàm curata. Congr. Episc. 27. Octob. 1603.
- 37 Decima vero solvatur singulis annis in duobus terminis. Prou. 1.
- 38 Possunt etiam vñiri Seminario beneficia simplicia aliquotieriam preiudicia, & praestimonialia portiones etiam ante vocationem, & reseruata, seu affecta, nec impediri possunt per eorum resignationem, vnionem, & applicationem. Trid. loco cit.
- 39 Non decernant, vt omnia simplicia vniatur, sed aliquotialiter nõ vale vnio. decifum refert Ricc. in prax. decif. 492. 77. resolut. 383. num. 4. in secunda editione.
- 40 Neovnici possunt beneficia ad collationem inferiorum spectantia, neque canonicatus, neque iurispatronatus, etiam Ecclesiastici, nec reseruata Sedi Apostolicæ post illorum vocationem; nec vocantia in mense reseruatio per Episcopum. decifum refert Franc. Leo in Thesuro fori par. 2. cap. 16. num. 23.
- 41 Vniones factæ Seminario non subsistunt, nisi post illius erectionem, & actualem educationem puerorum. decifum refert Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 7. num. 68. Riccius resolut. 380. num. 1. a Rota.
- 42 Emptio domus, aut creatio deputatorum non est erectio Seminarii. Rota. 15. Aprilis 1622. apud Barbof. loc. cit. n. 24.
- 43 Vniones factæ absque consilio quatuor deputatorum non valent. Cong. Conc. 13. Ianuar. 1594. Franc. Leo in Thes. de cap. 16. num. 25.
- 44 Tenetur Episcopus adhibere in consilium, non eos sequi Gonzal. loco cit. gloss. 46. num. 74.
- 45 Bona, quæ fuerunt applicata Collegio pro educatione puerorum mise abiliū, si Collegium sublatum sit, debent applicari Seminario. Barbof. loc. cit. n. 11.
- 46 De incertis redditibus nemo tenetur contribuere Seminario. Cong. Episc. 13. Maii 1586.
- 47 Administratio temporalis Seminarii tota spectat etiam ad quatuor deputatos; sed exactio ad solum Episcopum. Ricc. de religiof. 380. num. 3.
- 48 Cogique possunt ad solendum prædictos redditus per césuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia ab Episcopo, non obstantibus quibuscumque. Trid. loco cit.
- 49 Rationes autem horum reddituum quotannis Episcopo reddantur, præsentibus quatuor, scilicet duobus à Capitulo, & duobus electis à Clero. idem *ibid.*
- 50 Seminario redditibus congruentibus constituto, & aucto, tantundem de exactioe remittatur, pro rata parte reddituum, quos in posterum accessione beneficiorum, aliaue ratione Seminarium habere contigerit. Prou. 5. V. Archiepiscopus nu. 6. Fori privilegium. num. 2. Forum Episcopale. num. 57. Monialium cura in temporalibus. num. 9.

A D D I T I O.

- 1 Clerici seminarii non sunt de corpore cathedralis Ecclesiæ, licet in ea deseruiant. Cong. Rit. 1. Sep. 1607.
- 2 Comendatarius, etiam Cardinalis, tenetur contribuere seminario, decifum refert 3. Decemb. 1622. Barbof. de iure Eccl. l. 3. cap. 9. num. 53.

Septuagesima.

- 1 Tempore Septuagesimæ, & sequenti proponantur exercitationes piæ contra corruptelas illius temporis. Prou. 3.

Septil.

Sepultura.

- 1 Sepultura sacerdotum, & clericorum, ubi fieri potest, à sepulchris laicorum separata sint, & decentiori loco sita. Rit. Rom.
- 2 Immo, & distincta pro sacerdotibus, & alij inferioris ordinis. *ib. d.*
- 3 Pro paruulis baptizatis habeatur specialis sepultura, seu locus in cœmeterio. Rit. Rom.
- 4 Sepulture locus honoratior licite vendi potest pluris absque simonia. DD. cum Naldo. *sepultura num. 8.*
- 5 Sed prohibita est sepultura existens supra terram à Pio V. *A. 1566.*
- 6 Cadauera ne reponantur sub altaribus, neque gradibus eorum. Cong. Ep. *6. Sept. 1593.*
- 7 Pater eligere potest sepulturam filio minori 14. annis dumodò electio fiat ante obitum ipsius. Cong. Ep. *27. Octob. 1587.*
- 8 Potest eligere sepulturam domus pro seruo impubere, & pater pro filiis impuberibus, quando hoc habet consuetudo. Sylu. *V. sepultura. quest. 7.*
- 9 Limitat in filiis legitimis naturalibus adoptiuis, vel arrogatis, non spurijis, vel naturalibus tantum. *ibid.*
- 10 Minores in maiorum sepultura poni debent, ita volentibus maioribus, non obstante Rituali Rom. Cong. Episc. *21. Octob. 1616.*
- 11 Non potest anus eligere pro nepote impubere. Sylu. *loco cit.*
- 12 Multo minus frater, aut alius collateralis, nec pater pro filio pubere. Idem *ibid.*
- 13 Controuertitur inter DD. quodnam dicatur sepulchrum maiorum. Sylu. *loco cit. quest. 8.*
- 14 Vxor sequitur maritum, & vltimum si plures habuit. Sylu. *ibid. quantum.*
- 15 Viatores, qui moriuntur, dum transeunt sepeliri debent in Cathedrali. Cong. Episcop. *9. Iunij 1592.* in Parochia. inquit Sylu. *ibid.* nisi consuetudo sit, quod in Cathedrali. Alj dicunt ibidem esse locum prauentioni.
- 16 Excommunicatus, etiã denunciatus, dans signa pœnitentię in articulo mortis sepeliatur in Ecclesia Congreg. Ep. *17. May 1583.*
- 17 Et sufficit vnus testis. Sylu. *loco cit. qu. 9.*
- 18 Si contingat sepeliri aliquem in loco non sacro, donec transferantur in locum sacrum, apponatur crux capiti illius. Rit. Rom. *de exequijs.*
- 19 Sepultura in Ecclesijs Regularium non debetur illi, qui cum habitu regulari petit tantum sepeliri. Cong. Episcop. *23. Nouemb. 1582.*
- 20 Sepeliendi sunt in ecclesijs Regularium ii, qui corã testibus dumtaxat elegerint sepulturam ibi. ead. *11. Dec. 1615.*
- 21 Sepeliens corpus eius, qui alibi elegit sepulturam, violenter amittit ius, quod habebat, & tenetur restituere emolumenta, & corpus. Sylu. *quest. 11.*
- 22 Si Ecclesia est interdicta, ubi est sepultura maiorum, sepelietur in Parochiali si hæc interdicta, in Cathedrali; si omnes interdicta, in monasterio proximiori. idem *quest. 8.*
- 23 Priuantur sepultura Ecclesiastica, qui moriuntur in torneamentis, qui se occidunt, qui non sunt confessi semel in anno, blasphemii, notorii peccatores, vsurarii manifesti, interdicti nominati, & ab ingressu Ecclesie, excommunicati, & instituentes sacerdotum tutorem filiis. Sylu. *quest. 9.*
- 24 Sepelientes prohibitos prædictos peccant mortaliter, sepelientes excommunicatos, interdictos, vsurarios, vt supra, excommunicati sunt, idem *quest. 11.*
- 25 Si exempti sepeliant excommunicatos, &c. potest Episcopus impedire, antequam sepeliantur, nõ autẽ de facto sepultum exhumarẽ. idem *ibid. quest. 16.*
- 26 Nullum cadauer perpetuę sepulture traditum ex vlla cuiusvis Ordinis ecclesia asportari liceat, nisi de licentia Ordinarii. Rit. Roman. *de exequijs. V. Baptismus num. 36. Confraternitates num. 42. 46. Ecclesia num. 43. & seqq. Ecclesia reconciliatio. num. 12. Exequijs. per totum. Hebrai. num. 26. Interdictum num. 19. 44. & seqq. Monialium ecclesie. num. 13. & 14. Tertiary. num. 8. 10. 11. 12. V. supra. num. 15. & seqq.*

ADDITIO.

1 Parochus debet interrogare infirmum de sepultura in genere, non in specie: An velit in Parochiali sepeliri; aliã electio non valet. Ricc. in prax. p. 6.

par. 4. res. fol. 293. num. 30.

- 2 Filia minor, non obstante nouo Rituali, sepelienda est in sepulchro maiorum illius in Ecclesia Fratrum. *Cong. Episc. 21. Octob. 1616.*
- 3 Suscipientes habitum à Guardiano, vel alio, cui ille commiserit, & cum eo decedentes, sunt tradendi sepulturæ in Ecclesijs eiusdem ordinis, si Guardianus propter habitus concessionem, & receptionem præmouit eorum cadauera. *Cong. Rit. 11. Dec. 1615.*
- 4 Peregrinus decedens, dum est in via, sepelitur in cathedrali. *Cong. Episc. 9. Junij. 1592.*
- 5 Excommunicatus notorius, si penitentia signum dederit in articulo mortis, sepeliendus est in Ecclesia. *ead. 9. Jul. 1619.*
- 6 Sepultura non debet retardari sub quouis prætextu compositionis quartæ funeralis *ead. 5. Maij 1617.*
- 7 Nō debet Episcopus dare licentiā exhumandi corpus ad hoc, vt laici sumāt indicia in criminalibus *ead. 22. Nov. 1619.*

Sequestrum.

- 1 **L**ite pendente datur facultas iudicibus decernendi sequestra super fructibus beneficiorum Sedi Apostolicæ reseruatorum, seu affectorum, et nulliter colatorum. *Pius. IV. Anno 1560.*
- 2 Fructus beneficiorum, lite pendente, deponi debent apud personam à iudice diligendam, contra qualibet statuta. *Pius V. Anno 1568.*
- 3 Distributiones quotidianæ Canonicorum non possunt sequestrari. *Monet. de distrib. par. 1. qu. 9. concl. 1. nisi in quibusdam casibus, & cū moderatione, ne fame pereat Canonicus. ibid. concl. 3. 4. 5. 6.*

Simonia.

- 1 **Q**ui pro beneficijs obtinendi se exponit examini simulate pro alijs, seu pro se, aut alijs cum oblatione pensionis annuæ, aut cum spe consequendi pensionem, seu commodum, seu vt alijs resignent liberè, vel cum pensione; eo ipso sunt excommunicati, & priuati omnibus beneficijs, inhabilesque facti ad omnia beneficia. *Paul. IV. An. 1557.*
- 2 Et collatio eiusmodi est nulla. *idē ibid.*
- 3 Beneficia in confidentiam, aut ad effectum. *Barth. Gauant.*

Etum reseruationum sibi postmodum cedentibus procurandarum, recipere nemo præsumat, sub excommunicationis lata sent. pœna, Papæ reseruata. *Pius IV. Anno 1564.*

- 4 Et sub pœna nullitatis. *idē ibid.*
- 5 Casus confidentiarum, modi eas probandi, testium qualitates, penæ priuationis inhabilitatis, excommunicationis &c. fusi habentur in Bulla Pij V. *A. 1569.*
- 6 Qui Dignitates acquisierit per simoniā, ipso iure fit priuatus, & inhabilis est ad eas, & alias obtinendas. *idē An. 1566.*
- 7 Qui beneficium, aut officium ecclesiasticum, fit illis eo ipso priuatus, & ad restitutionem omnium fructuum teneatur, & perpetuo fit inhabilis ad alia. *ibid.*
- 8 Episcopum accipere aliquid pro expeditione litterarum beneficii, simonia est. *Sa. simonia num. 3.*
- 9 Qui ordines, & beneficia contulerit, pœnis à iure statutis, quicumque ille fit puniatur. *Trident. sess. 24. cap. 6.*
- 10 Qui conuictus fuerit in consequendis ordinibus de simonia, eo ipso fit suspensus ab eorum executione per decennium, & carceri per annum mancipetur. *Pius V. supra.*
- 11 Qui pluries conuictus fuerit, præter supradictas pœnas corporaliter puniantur, & ab ordinibus degradatus eiiciatur à consortio fidelium. *Trid. loco cit.*
- 12 Ne in Sacramentorum administratione simoniacum quid fiat, Ordinarii curēt, & puniant grauissimè delinquentes *idē ibid.*
- 13 Episcopus sciens sacerdotem suum subditum pro Sacramentis aliquod premium accipere à non sponte dante, & corrigere negligit suspenditur ab officio per bimestre. *Barbol. alleg. 111. n. 22.*
- 14 Proponens item iudicem casuum, gratiarum, & indulgentiarum, soluto certo pretio, suspenditur ab ingressu ecclesie, & perceptione fructuum, reseruata Papæ. *idē ibid. num. 40.*
- 15 Potest Episcopus absoluere à simonia occulta. *Trid. sess. 24. cap. 6. V. Casus reseruari. num. 3. Censura. num. 6. Littera dimissoria. num. 16. Ordo. num. 59. 60.*

Sodomia.

- 1 **C**lericus Sodomita curie seculari traditur puniendus. *Pius V. An. 1566.*

N

2 Priua-

2 Priuatur omni priuilegio clericali, officio, dignitate, & beneficio, idem *Anno* 1568.

V. Degradatio. n. 12. Irregularitas nu. 23.

A D D I T I O.

- 1 **B**Villa Pij V. est contra exercentes, quod significat frequentiam actus. *Quar. V. Sodomia.*
- 2 Agentes tantum comprehenduntur *Caet. V. Mollities.*
- 3 In casibus Episcopo reseruatis includi patientes volunt *Esc. in Prax. tom. 3. resol. 57. num. 7. & Bonac. de matrim. quest. 4. punct. 11. num. 2.*
- 4 Attendenda sunt verba Decreti Episcopalis.

Spolia Clericorum.

- 1 **S**poliorum nomine non veniunt distributiones Canonici defuncti. *Congregat. Episcop. 29. Decemb. 1600.*
- 2 Neque veniunt paramenta, vasa, Misalia, sacri libri, res sacrae, & alia ad usum, & cultum diuinum, etiam in capellis priuatis. *Pius V. Anno 1567.*
- 3 Et applicanda sunt ecclesijs, quibus beneficiati praefuerunt, itaut propria auctoritate eadem possint illa apprehendere. *idem. ibid.*
- 4 Si beneficiatus pluribus Ecclesijs praefuit, praedicta in ter ea proportionabiliter diuidantur. *ibid.*
- 5 Neque veniunt scamna, cathedrae arcae etiam lignae, mensae, tabulae, doli vinaria, neque alia similia suppellectilia. *idem. ibid.*
- 6 Neque bona illius, qui viuens non habuit redditus, seu pensiones ultra 30. ducatos auri de Camera, nisi illicitae negotiationis sit reus. *ibid.*
- 7 Vbi non sunt Collectores spoliorum pro Camera Apostolica fructus beneficiorum in obitu beneficiatorum maturati inexacti cum effectu, etiam sponte oblatis, spectant ad successores in beneficijs, non ad haeredes. *Iulius III. Anno 1550.*
- 8 Debita contracta occasione beneficiorum, quae aliunde persolui nequeunt, ex eorum bonis soluantur. *ibid.*
- 9 Legata ad pias causas a beneficiatis in sanitate constitutis facta soluantur de fructibus. *ibid.*

10 Regulariter ad Cam. Apostolicam spectant spolia clericorum, si non adest facultas testandi. *Paul. III. Anno 1542.*

11 Eisdem applicantur fructus omnium beneficiorum Sedi Apostolicae reseruatorum, seu affectorum pro tempore vacantium. *Pius IV. Anno 1561.*

12 Clericorum item bona ex illicita negotiatione acquisita. *idem Anno 1560. Vide sup. Clericus. num. 82.*

13 In Regno Neapolitano quicumque fructus pendentes, etiam nondum separati a solo, seu nondum exacti vsque ad diem adeptae possessionis per successores in eis maturandi pro rata temporis ad Cam. Apost. spectant. *Sixtus V. Anno 1589.*

14 Spoliorum Subcollectorum causa ad Nuncium pertinent *Congreg. Epif. 14. Decemb. 1619.*

Studia litterarum.

V. Canonorum Residentia. a. n. 8. ad 22.

Subcollectores.

V. Exempti. num. 9. Spolia clericorum num. 14. Visitatio Episcopi. num. 33.

Subsidium caritatum.

- 1 **P**atriarcha, & Archiepiscopus non possunt illud exigere a Clero Prouinciae, extra Dioecesim. *Barbos. alleg. 87. num. 9.*
- 2 Potest Episcopus compellere subditos ad illud soluendum ex manifesta, & rationabili causa. *idem. ibid. n. 5. 7.*
- 3 Cause rationabiles sunt consecratio Episcopi, vel solutio debitorum contractuum pro tuendo iure Ecclesiae. *ibid. n. 29.*
- 4 Item magna expensa in negotiis communibus totius Dioecesis pertractandis. *num. 30.*
- 5 Fabrica quoque Cathedralis Ecclesiae. *num. 32.*
- 6 Visitatio liminum Apostolorum. *n. 33.*
- 7 Iter ad Papam, vel Regem pro utilitate suae ecclesiae, vel ecclesiae vniuersalis. *num. 32.*
- 8 Iter ad Concilium Prouinciale. *n. 34.*
- 9 Potest exigere etiam sub excommunicationis poena. *num. 7.*

10 Cum

10 Cum consilio tamen Capituli sui, & clericorum. *num. 11.*

11 Canonici Cathedralis debent solvere. *num. 43.*

12 Non tamen de distributionibus quotidianis, nisi aliud sit sancitum, *num. 44.*

13 Et beneficiati tantum. *num. 48.*

14 Potest Episcopus aliquē eximere. *n. 24.*

15 Laici verò non debent. *num. 40.*

16 Neque exempti. *num. 45.*

17 Neque pensionarii liberi ab omni onere. *num. 52.*

18 Taxa verò debet excedere summā factam in expeditione Bullarum Episcopi. *Congreg. Episcop. 1. Martii 1583.*

19 Neque maiorem summam, quā à Benedicto XII. statutum est, sub pœna restitutionis, & alia arbitrio Superioris. *Prou. 2.*

Vide Extranag. 1. de Censibus.

Vas electionis.

20 Ex virgenti causa, vltra taxam solitam. *Barbos loco cit. num. 38.*

ADDITIO.

1 **C**oadiutor, seu administrator datus Episcopo per Papam, vel Ecclesiæ cathedrali vacanti, potest exigere è subditis hoc subsidium. *Barbos. de iure Eccl. l. 3. cap. 21. num. 19.*

2 Item commendatarius perpetuus Ecclesiæ cathedralis. *ibid. num. 20.*

Suffraganeus Episcopus.

1 **N**on tenetur, extra celebrationem Concilii Provincialis, prætextu cuiuslibet consuetudinis, ad Metropolitanam Ecclesiam accedere, nec inuitus cogi potest. *Trident. sess. 24. cap. 2.*

Suppellex sacra.

1 **N**ē tumbris adhibeantur altarium palia. *Prou. 4.*

2 Puluinaria Missalium ne genibus, etiā Episcopi, supponantur. *Prou. 5.*

3 Ne transferatur sacra quæcumq; suppellex ad profanum vsum. *Prou. 1.*

Suspensio.

1 **Q**uinā incurrant suspensionem, habes in variis titulis huius operis,

collegit omnes casus. *Sylu. suspensio. qu. 6. & Bonac. disp. 3. quest. 6. punct. 5.*

2 Suspensus à Pontificalibus potest exercere iurisdictionalia, non quæ sunt ordinis. *Sylu. ibid. quest. 5.*

3 Non fit irregularis exercendo Pontificalia sine Missæ celebratione, idem *ibid.* oppositum docet Angel. *ibid. cit.* sed pēdet ex illa controuersia, an Episcopatus sit ordo.

4 Suspensus à Sacramentorum perceptione, vel participatione contrafaciens non fit irregularis. idem *ibid.*

5 Suspensus ab inferiori ordine non potest exercere ordinem superiorem; non è contra. *ibid.*

6 Suspensus à collatione ordinis inferioris, est etiam à collatione superioris, non è contra. *ibid.*

7 Et in prædictis contrafaciens est irregularis. *ibid.*

8 Suspensus à beneficio perdit fructus beneficii, non facultatem administrandi in spiritualibus, vel temporalibus. *ibid.*

9 Suspensus ab officio non potest exercere iurisdictionem, nec eligere, nec beneficia conferre. *ibid.*

10 Suspensus à diuinis officiis, si intersit, vt laicus, non fit irregularis. *ibid.*

11 Suspensus ab ingressu ecclesiæ, potest tamen celebrare extra Ecclesiam, & orare in ecclesia, quando non celebrantur diuina officia. *ibid.*

12 Potest etiam percipere sacramenta extra ecclesiam. *ibid.*

13 Si audit diuina in ecclesia, peccat, sed non fit irregularis. *ibid.*

14 Suspensus ab administratione Ecclesiæ in temporalibus, & spiritualibus, non est suspensus ab ordine. *ibid.*

15 Suspensus ab officio prædicationis, prædicando non fit irregularis, nisi sit annexum ordini. *ibid.*

16 Suspensus simpliciter intelligitur suspensus à iurisdictione spirituali, collatione beneficiorum, & electione. *ibid.*

17 Suspensus sine loci determinatione intelligitur vbique, etiam in beneficiis alibi existentibus. *Bonac. disp. 3. quest. 6. punct. 3. prou. 2. de cons. Negant alii apud Syrium de cons. l. 4. c. 6. num. 21.*

18 Suspensus per annum poterit vltima die anni bisextilis celebrare. *Syl. loc. cit.*

- 19 Suspensio lata ad tempus, elapso tempore cessat absque alia absolute. Bonnac. loco cit. p. un. vlt.
- 20 Item ea, vbi additur; *Donec satisfecerit* cessat, data satisfactio. idem *ibid.*
- 21 Potest Episcopus absoluere à referuata Papæ, si prouenit ex delicto occulto. Trid. sess. 24. cap. 6.
- 22 Fructus beneficij pro tempore suspensionis conuertendi sunt in vtilitatem ecclesiæ. Sayrus loco cit. num. 16.
- 23 Distributiones non sunt fructus beneficij regulariter, idè vel dantur alijs interessentibus, vel ipso suspenso à beneficio, non à diuinis. idem *ibid.* num. 11.

Synodus Diœcesana.

- 1 Episcopus nondum consecratus, si bullas expediuit, potest eam conuocare. Massob. de synodus c. 2. dub. 1. nu. 9.
- 2 Capitulum, sede vacante, per Vicarium capitulare potest. decisum refert Garz. par. 9. cap. 2. num. 8.
- 3 Vicarius Generalis Episcopi potest cum speciali mandato Azor. par. 2. lib. 3. cap. 45. quæst. 4.
- 4 Quotannis debet Episcopus eam celebrare Trid. sess. 24. cap. 2.
- 5 Omittens celebrare sine causa venit suspendendus ab executione officij. Congreg. Concil. 27. Mart. 1509.
- 6 Per Archiepiscopum, cui subest. Massob. loco cit. dub. 3. à num. 3.
- 7 Causa debet afferri in Visitatione liminum Apostolorum *ibid.*
- 8 Paschale tempus videtur esse magis congruum. Bott. de syn. par. 2. quæst. 8. & Gau. de synodo parte 1. cap. 2. annot. 7.
- 9 Indicenda est in festo Epiphaniæ cum Festis mobilibus. Cærem. Ep. lib. 1. c. 31.
- 10 Et per edictum saltem ante mensem. idem *ibid.*
- 11 Tenentur accedere etiam exempti omnes qui aliàs cessante exemptione, interesse deberent, neque Capitulis Generalibus subsunt. Trid. loco cit.
- 12 Ratione Parochialium, aut aliarum ecclesiarum secularium, etiam annexarum, ij tenentur, qui earum curam gerunt. idem *ibid.*
- 13 Tenentur ergo Abbates habentes capellas, vel populum subiectum Episco-

- po, citra priuilegium speciale Massob. loco cit. dub. 6. V. Abbas numero 38. 39.
- 14 Prælati sæculares. Massob. *ibid.*
- 15 Parochi omnes, etiam Regulares, etiã præsentati per exemptos *ibid.*
- 16 Qui obtinent beneficia simplicia. *ibid.*
- 17 Qui de consuetudine per decennium introducta solent accedere. *ibid.*
- 18 Vel per se vel per procuratorem *ibid.*
- 19 De Canonicis dubitant DD. extra vim consuetudinis. Vide Gauant. loc. c. ann. 5.
- 20 Rectores, qui nullius sunt Diœcesis, tenentur adire Synodum Episcopi, à quo possunt visitari. Congreg. Conc. ex sess. 24. cap. 2.
- 21 Et ij denique, qui obtinentes beneficium in Diœcesi, in qua fit Synodus, in alia Diœcesi habitant. ex prædictis.
- 22 Culpabiles prædicti possunt excommunicari. Bott. loco cit. num. 50.
- 23 Et ampliatur pœna contra eos, qui veniunt, Synodo absoluta. idem *ibid.*
- 24 Nulla potest esse præscriptio non veniendi. Massob. dub. 5.
- 25 Pro decretis in Synodo euulgandis consilium Canonicorum est requirendum, nisi Episcopus præscripserit oppositum. Gau. cap. 6. ann. 3. num. 1.
- 26 In sex casibus requiritur consensus Capituli. Vide Piafec. in praxi Episc. par. 2. cap. 2. num. 9. vel Gau. loco cit. num. 2.
- 27 Ordine sedendi describit Gau. *ibid.* c. 9.
- 28 Paramenta coloris rubri in Episcopo, & Canonicis. Cærem. Episcop. loco cit.
- 29 Coadiutores Canonicorum vtatur habitu Canonicali. Gau. loco cit. cap. 13. nu. 3.
- 30 Vicarius Generalis quo habitu vtatur, vbi sedeat, vide *ibid.* num. 11. 12.
- 31 Processio sub vna cruce initio Synodi fit ad insignem Ecclesiam. Prou. 2.
- 32 In Missa Pontificali communitio cleri. Pont. Rom.
- 33 Officiales Synodi solèt esse plures. Præfectus Hospitiorum. Promotor vnus, aut duo. Secretarius. Notarius. Lector Decretorum Præfecti discipline Synodalis, & serutinij. Iudices querelarum, & excusationum. Procurator Cleri. Oeconomus pro cathedralico. Confessarij Cleri. Magistri Cæremoniarum. Ostiarij Synodi
- 34 De quorum muneribus singillatim Gau. à cap. 19.
- 35 De Cathedralico. V. sup. in proprio titulo.
- 36 De

- 36 De ritu standi, sedendi, genuflectendi in Synodo. Gau. loco cit. cap. 28. à num. 14.
- 37 De Concione in Synodo. Idem c. 30.
- 38 Eliguntur examinatores Cleri, sex saltem. Trid. sess. 24. cap. 18.
- 39 Examinator Regularis proponatur de nomine proprio, & cognomine. Garzia par. 9. cap. 2. dub. 22.
- 40 Debent esse Magistri in Theologia, aut Doctores, vel licentiati in iure Canonico. Trid. loco cit.
- 41 Si desint eiusmodi, eligantur alij de Clero magis idonei. decifum refert Massob. in praxi de concursu. Requis. 11. dub. 2. in fin.
- 42 Possunt eligi per vota secreta, seu aperta. decifum 11. Iulij 1592. refert Quarant. Synodus.
- 43 A maiori parte presentium in Synodo approbetur. Massob. loc. cit. dub. 7. & 8.
- 44 Iurentque eiekti ad S. Dei euangelia. Trid. loco citato V. supra, Examinatores.
- 45 Iudices item Synodales eligantur, saltem quatuor. Trid. sess. 25. cap. 10.
- 46 Debent esse in Ecclesiastica Dignitate, aut Personatum obtinere, aut cathedralium Canonici. *ibid.* V. *ide supra.* Iudices Synodales.
- 47 Testes Synodales, saltem septem eligantur. Prou. 5.
- 48 Punctatores eligantur. *Vide supra punctatores.*
- 49 Predicti Testes, & Punctatores iurent. Prou. 4.
- 50 Alij Officiales possunt eligi, nimirum.
 Consultores S. Officii.
 Recognitores librorum.
 Reuifores indulgentiarum.
 Præf. musica.
 Syndici Cleri temporalium.
 Vicarius Monialium.
 Præf. spiritualis carcerum.
 Præf. processionum.
 Præf. orationis publicæ.
 Pœnitentiarii minores.
 Præf. disciplinae clericalis.
 Vicarii foranei,
 Visitatores.
 Prior doctrinæ Christianæ.
 Confessarii clericorum.
 Præf. fabricæ ecclesiasticæ.
 Aduocati pauperum.
 Oeconomi beneficiorum vacantium.
Barth. Gauant.

- Præf. chori.
 Recognitiones onerum Missarum.
 Præf. Communionum Cleri.
 Dispensatores eleemosynarum.
 Recognitores kalendarii.
 Reuifores administratorum.
 Præf. Constatarum.
 Præf. funeralium.
- 51 Fidei professio emittitur in Synodo ab iis, qui nondum in ea emisserunt. Trid. sess. 24. cap. 2.
- 52 Nimirum beneficiati. *ibid.*
- 53 Et alij, qui tenentur ex decreto. Prou. Med. 1.
- 54 Vel per se, vel per procuratorem cum speciali mandato. Massob. dub. 40. 43.
- 55 Euulgentur in Synodo decreta vltimi Conc. Prouincialis. Massob. dub. 5. & 6.
- 56 Item decreta Trid. de residentia. sess. 6. cap. 1. & sess. 23. cap. 1. vt *ibid.* dicitur.
- 57 In Prouincia Mediolan. leguntur etiam Bullæ Pii II. de male promotis, & Pii V. de Confidentibus. Prou. 3. & 5.
- 58 Item de vita, & honestate cleric. Prouinc. 1. & 4.
- 59 Item diuinis officiis. Prou. 1.
- 60 Item de Chori disciplina. Prou. 5.
- 61 Item monitiones ad Clerum. Prou. 4.
- 62 In fine non interrogatur Clerus, per verbum: *placetne vobis.* Cong. Concil. 27. Aprilis 1592.
- 63 Indicitur futura Synodus.
- 64 De oratione publica, & acclamationibus, quæ in Diœcesana Synodo committi possunt. Carem. Episc. lib. 1. cap. 31. *Vide Gau. loco cit. par. 2. in fine & 3. cap. 10. & 11.*
 Plurima idem in toto opere citato.
- 65 Ligant decreta Synodi clericos, & laicos, Episcopo subiectos. Massob. de synod. cap. 4. dub. 77. 78. non autem delinquentes extra Diœcesim. Sà V. Lex. 32.
- 66 Non tenetur Episcopus ea exhibere ciuitati, seu magistratibus eiusdem. Cong. Episcop. 14. Aprilis 1615.
- 67 Neque tenetur ea mittere Romam. Piafec. in prax. Episc. par. 2. cap. 2. num. 12. V. Casus reseruari. num. 16. Dispensatio. num. 9. Vicarius foraneus. num. 14.

Tertiarij.

- 1 Tertiarii habitantes in domibus propriis, subditi sunt foro sæculari.

N 3